






1537
Petri











EX BIBLIOTHECA
CAROLI de FLATT
№ 1048.



CLARISSIMI CELEBERRIMI'QVE

olim philosophi & medici, Petri de Abano,

DE VENENIS,

atque eorundem commodis

REMEDIIS,

Liber plane aureus, per Ioannem Dryandrum medicum, pristino suo nitori restitutus.




Marpurgi ex officina Eucharij
Ceruicorni Agrippinatis,

ANNO M. D. XXXVII.



PRAEFATIO DRYANDRI IN eundem librum qua theologus quidam ad futurum Concilium, Mantuæ celebrandum, concessurus, quomodo uenena commode præcaueat, monetur.

ORNATISSIMO VIRO N.
IOH. DRYANDER.
S. D. P.



VI Hactenus de Venenis scripta reliquerũt medici, non alio quã iuuandi studio scripsisse sua cõstat. Nec æquum enim esse puto, ut quæ obsint potius q̃ quæ prosint posteritati commendare. Plectendos etiam capite, ratio ipsa monet, si qui

medicinæ loco uenena, scripto diuulga-
rint uerum aliam instituti apud medicos
esse rationẽ, quis nõ uidet? Vt enim apud
Iurisperitos dici solet, Ex malis moribus
leges bonas esse promulgatas, ita perdito-
rum quorundam hominum μισανθρωπία
medicorum doctissima exercuit ingenia,
adeoq́ʒ de uenenis, qua ratione caueãtur,
& propinata ne offendant, scribere com-
pulit, Sic Galenus, sic Auicenna, sic Di-
oscorides, sic quiq; probatissimi autores
medici, non grauatim inter cætera medi-
cinæ sua opera & uenenorum tractatio-
nem interponunt. Nec eos, q peccare me-
dicos, quod uenena prodant, satiusq́ʒ esse
in uniuersum, ab hoc scribendi genere su-
persedere q̃ κακούργοις quibusdam ho-
minibus, tela occidendi commõstrare, ca-
lumniantur, audiendos esse puto. Cum
nullum unquam in uita hominũ tam re-
cte institutum sit negocium, quin si male-
uolus accedat animus, ad abusum rapi
queat: Tollẽdus è medio erit ignis, aqua,
uinum, omniaq́ʒ genera armorꝝ, & quid
non? quod abutendi malitia, ea in uene-
num præsentissimũ transformare queat.

Sic & ea simplicia, uenenorum nomine inscripta, nõ sui, sed abutentiũ natura, esse uenena constat, ad medicinæ etenim speculationẽ, siue tractationẽ, relata, omnia prodesse obesse nihil cõstat. In loco enim si utamur rebus à deo creatis, uerum esse quod in Genesi dicit Moises, omnia propter hominem esse creata: et omnia creata esse bona, conuincitur. Hæc hactenus propter quorundam corruptũ iudicium præfari, nõ incommode uisum est, quod præter rationem, bonum unà cum malo tollendum esse statuũt quidam: nos secus, iudicio rem fieri optamus. Neq; eos dignos uita, qui uitam ueneno tollunt, esse puto, qui hoc proposito scopo, uenena describunt, aut artem suam exercent, nõ ut prosint sed obsint, in hos quis non publice animaduerti æquum esse putet? Quod supprimuntur autem perdendorum hominum tormẽtis coacta fateri ueneficia, non improbandum esse puto, quod ut sumus homines, ad mala q̃ ad bona procliues magis, quædam non sine malorum mala imitatione, prodi queant. Libuit hic ex Galeno referre historiam qua collígi-

mus olim mirum fuisse studium occultã-
di, ea quæ uitæ hoim ueneficia obesse po-
Galenus. terant. Sic, inquit, Venenatis adnumeran
tur huiuscemodi pleraq;, quæ per uenas
siue ad uentriculum, siue intestina sangui
nis efficiunt purgationem. At id genus
medicaminum nomina, non sane, si exqui
site nouerim, unquam tamen scriptis ma-
nifestarem. Cæterum istuc solum referre
decreui, quod in Thracum Bithynide, no
bis tum pueris contigit.

Historia Galeni. ¶Reperit nimirum homo quispiam
herbã eiusmodi, ut quisquis hanc sibi ap-
plicasset, sanguinem excerneret, atq; hoc
pacto interierit. Compluribus itaq; pari
ratione mortem obeuntibus, dum sedulo
ad facinus scrutãdum satageretur: inuen-
tus tandẽ ueneficus est, & ad populi præ-
sidem ductus. Porro certum erat præsi-
di non hunc modo è medio auferre, ue-
rumetiam, alius si quisquam aut hunc do
cuisset, aut ab hoc edoctus fuisset. At iste
didicisse herbam à nemine fassus est: sed
gestasse quondam in suburbium iecur su-
illum, atq; id uentre admoto, reposuisse se
cus herbam, dum autem illud iterum le-

uasset, conspexisse ex uniuerso iecinore, in herbam promanātem cruentam saniem, hincq́ꝫ coniectura assecutum, uero scilicet consentaneum esse, hanc herbam sanguinem detrahere, porrexisse, sed enim experiundi nomine cuidam è supuenientibus hominibus: quū aūt iuxta ac sperarat offendisset, in noxam reliquum usurpasse: Verumetiam neqꝫ alteri cuiquam homini se herbam ostendisse affirmabat. Hæc inquam uenenator ille tormentis ualentissime adactus confessus est.

¶ Tum præses eius gentis ex relatione (siquidem ingēti copia hanc passim nasci asserebat) obuolutum oculos, necandum produci mandauit, ne cui interea uidelicet hanc indicaret. Ergo plura, ò optime, inuētum iri medicamina, quæ facultatem eiusmodi obtineāt, ut uel ab initio sanguinem statim detrahant, conueniet.

¶ Verum enimuero reticeri hæc consultum fuerit, perinde ac cætera quoqꝫ uenenata, à nemine mētis compote produntur. Quod autem non defuerint, qui erga horum doctrinam tam extiterint præpostere largi, ut uel prodigiosam quandam

ostenderint Venerem, atque singulorum uenenatorum descripserint constructionem: non hi reuera in albo prudentium deprehendentur quẽadmodum ne uos quidem si ex nobis sciscitemini, quænam sint pharmaca, quæ sanguinẽ ciant. Hactenus Galenus, uerũ quid facias, ut est corruptum hoc maxime seculũ. Repertæ sunt artes, quibus inopinato inter gratissimos & cibos & potus, quo plus sit periculi, propinantur mortis aculei. Cui malo quæ natio, longis retro seculis magis indulserit, nouimus omnes, quantum ingenij, quantum sumptus ad perdẽdum collocarint, nonnullis suo etiam incõmodo est notũ. Contra hos ut muniamur rectius, cũ ex insidijs, non aperto marte adoriuntur, nõ solum hostem, sed amicissimum quenque, multum referre putabam. Si ex medicorum qui de uenenis scribunt libris, petantur recta consilia. Ex his autem, qui recentiori hoc nostro uixerunt seculo, autoribus medicis, num quis sit qui rectius uenena prodat, atque eorundem curã medicam proponat, hoc uno Petro de Abano, scio neminẽ, partim quod ingenium erat ho-

mini, ad medica perquirenda acerrimũ, partim quod in eo regiõis loco uersatum esse autorem cõstat, ubi tam uenenorum quàm pharmacorum non contemnẽdus erat usus. Hunc itaq; librũ humanissime N. si diligenti lectione familiarem tibi feceris, procul dubio non est, quod neque Mantuæ, neque uspiam locorum ueneni periculũ quoquo modo suspiceris. Vale, Datum Marpurgi, tertio Idus Martij Anno. 1537.

DE PETRO APPONIO.

PEtrus Apponius, ille eſt, quẽ Conciliatorẽ uocãt uulgo, theoricus medicus, ſed plane doctiſſimus & acutiſſimus, Bononiæ docuit & deceſſit fere octogenarius. Tanta fuit eius celebritas, ut uocatus ad ægrotos, non minoris conduci ſe pateretur, (idq́; extra urbem) q̃ quinquagita florenis in ſingulos dies. Vocatus ab Honorio Pontifice IIII. cẽtum ſtatui ſibi paciſcebatur: ſed cum ſanitatem ille recuperaſſet, mille donatus fuit.

adscript. ex „Catalogo illustrium medicorum" Brunfelsii (1530.) p. 52 b.

NB. non „quinquaginta florenis in singulos dies" – sed 1 florenis &c. sec. Brunfels. (licet l. = 50 ") G. de Flatt

Budapest, 1901 24/III.

TABVLA CAPITVM
tractatus Petri de Abano de remedijs Venenorum.



REINHARDVS HADAMARIVS LECTORI, S.

Vt neq; fictilibus, neq; cũ uetus ardet in auro
Setinum lato, mista uenena, bibas.
Nobilis hæc medici præsentia pharmaca Petri
Arripe, sic oberunt nulla aconita tibi.
Nõ fungi, scoriæ, tithymalli, strychna, cerussæ,
Scorpio, Cãtharides, bufo, rubeta, draco:
Nec Scytale, Prester, Seps, Hydra, Chelydrus, Ophites,
Damna tibi facient morsibus ulla suis.
Pontica ter uicti celebras medicamina regis:
Omnibus attolles hæc potiora modis.



PROLOGVS.



SANCTISS. IN CHRIsto patri & dño dño Sixto, diuina prouidentia summo Pontifici, Petrus de Abano minimus medicorum, cum deuotione præsens scriptum, tam uestræ petitioni quàm pro debiti solutione afferre iuxta posse obedire propono: ut sanctitati uestræ, tum ad profectum corporis, tum ad scibilia coaugēda, tractatum utilem non minus quàm breuem de Venenis inscribam.

Primo siquidem, diuisionem faciam de uenenis. Sunt enim nobis magis nota, quæcunque per partes diuidunt quoddam totū. *Libri argumētum & diuisio.*

Secundo, unūquodque diuisionis membrum resoluā hinc ad terminū singularē. Sic enim cuiusque rei scientia cōpletur, à generalissimis ad specialissima descēdendo.

Tertio, describam modum, secundum quem uenenum mortificat, & nocumentum inducit humano corpori proxima-

tum. Inde naturam notitia curationis in arte medicinæ uenatur.

Quarto, sermonem faciam de præcustodia & cautela: ne aut uenena propinentur: aut si propinata sint, nõ noceât. Præcustoditiua em̃, ars est, curatiuã excusans.

Quinto, signa ponã, & curas, ad quodcunque uenenum assumptum, & ad eius nocumenta introducta.

Sexto & ultimo, uirtutes bezoarticas (.i. à morte liberãtes occulta uirtute potius, & diuina, q̃ cõplexiõe uel natura) ad quodq; uenenũ describã: Et cũ hoc soluẽs quæstiões duas difficiles ualde: Quarũ prima erit theriaca magna, utrũ theriaca sit alicui ueneno bezoar uel medicina? Et secunda erit, utrũ uenenũ aliquod possit ad certum tempus taliter exhiberi, q; ex eo quis ad illud tempus moriat̃, & nõ ante.

Questiones duę.

De diuisione uenenorum.

Cap. I.

QVia uenenum oppositũ est cibo nostri corporis: ideo sicut cibus efficitur pars nostri corporis, & se totum assi-

milat parti nutritæ, uicem tenens partis dissolutæ: ita uenenum, nostrum corpus seu partē, cui approximauit, ad suiipsius uenenosam naturam totum trahit, & cōuertit: & deniq; assimilat sibiipsum, adeo ut sicut animalia è terra nascētia, quorum natura cibos conuertit in speciem nutritorum, à nobis comesta, in nostrum alimētum conuertuntur, & speciem: Ita quæcunq; corpora ueneno sunt iuncta, si comedantur à nobis, trāseuntia faciunt nostra corpora in uenenum, quoniā omne agens præstantius est patiente: sic nostra substantia per modum passiui, trāsit ad præsentiam ueneni: quod se habet p modum actiui in ueneno, sicut palea subiecta igni, transit in ignem: Est enim ignis totus actiuus ad paleam. Quare sapientes medicorum uenenum dixerunt esse de genere rerum interficientium complexionē & cōpositionem: & interdum inducentium solutionem cōtinuitatis: ita ut ægritudines, quæ ex uenenis accidūt, sint de generibus communibus, & nō proprijs. Diuiditur autem uenenum tribus modis. Nam uno

Actiuum fortius suo passiuo.

Diuisio ueneni.

modo cõsideratur, prout fit diuisio generis in species. & scd̃m hoc dixerũt Auicẽna & Auerrois: q̃ uenenorũ aliud ẽ de minera: aliud de uegetabilib. aliud de aĩalib.

Venenũ de minerę q̃d

De minera quidem est, ut quæcunque sub terra generata perniciosam habent naturam: ut argẽtum uiuum, & gypsum & æs; & quidam lapides, ut magnes, & lapis armenius non lotus, & plumbum ustum, & arsenicum, & realgar, & cerusa plumbi: & de multis alijs: de quibus infra in speciali dicetur.

Ven. d' vegetabilib'

De uegetabilib' uero sunt, quæcũq; plãtarũ contrarijssimæ sunt naturæ cibali, ut aptænatæ nõ sint ad nutriti spẽm cõuerti: sed potius sunt prõpta cõuertere: ut helleborus, & turbith nigrũ, napellus, & gummi napelli, & fungi quidam, & tubera: & uiduã faciens, & mezereon, & oleander, & apium risus, &c̃.

Ven. d' animalibus sumpta.

De aĩalibus aũt, uenenosa sunt oĩa, quorũ natura longissime distat ab humana cõplexione: aut opposita & inimica est speciei: qualia sunt serpentes, & dracones, & thiri, & uiperæ, & lepus marinus, & carnes

assatæ & statim suffocatæ, & pisces frigidi, & morticinæ carnes, & etiā putridæ, & quæ à fulgure sunt percussa & mortua, & quæcunque sunt patientia rabiē, & multa quæ infra in speciali dicentur.

Secundo modo cōsideratur uenenum relatū ad nos: & secundum hoc dixerunt, Venenum aliud est assumptum intra corpus: & aliud extra. Quod uero est assumptum intus, est de genere potionum perniciosarum, datum sub specie cibi, uel potus, uel medicinæ. Et hoc est, quod plurimum fit: à quo reges, & prælati, & ociosi, cauere debent. Quod uero extra est, dicitur reptilium morsus: sicut cum uisu, aut auditu, aut gustu, aut tactu, aut odoratu, sentitur uenenum. Visu quidem, sicut uenenat basiliscus. Auditu, sicut uenenat serpens quidam in nubia, qui est corpulentiæ duarum palmarum, acutum habēs caput, uiridis existens coloris, q regulus uocatur: sibilando enim aues, & animalia eum audientia, interemit. Gustu quoque, sicut aspis surda, quæ sputo suo, quos tāgit, interficit: & thirus, quos mordet, & uipera,

Alia diuisio veneni q ad nos.

Ve. assumptū in corpus nrm.

Ve. ab extra corp⁹.

Vene. visu nocens. Auditu.

Ve. gustu interimēs

Tactu. peremit. Tactu uero, sicut serpens, quem miles (de quo Auicenna dicit) interfecit lancea: & ex contactu lanceæ, manus militis, & totum corpus fuerunt mortificata: & sicut piscis quidam, qui stupefactor uocatur: de quo Galenus dicit, ꝙ cum intrat rete, piscatoris manus & brachia stupefiunt, intantum ꝙ insensibiles efficiuntur. Odoratu uero, sicut quidam fungi perniciosi, de quibus dicit Rasis, ꝙ cum euelluntur à terra, & odorati interficiunt odorantem.

Ue. odoratu.

Alia diuisio veneni quantũ ad specificam differẽtiã.

Tertio modo, consideratur uenenum, quantum ad specificam differentiam, qua differũt species à specie: & secundum hoc, dixerunt omnes medici & philosophi naturales, quod uenenum, aliud est, quod facit operationem suam à qualitate sua, siue à complexione: & aliud, quod facit hoc idem per uirtutem fluẽtem à tota specie: quod medici formam specificam uocãt: quod nihil aliud est, nisi meritum, quod unumquodꝗ compositũ ex quatuor elementis, secũdum maiorem & minorem proportionem ipsorum elemẽtorum, in

Specifica forma que.

composito sortitur & meretur breue ab influentibus stellis fixis, quæ species inferiorum compositorum respiciunt, & prout ipsorum materiæ apte fluunt, iuxta illud: Virtutes stellarum uehũtur inferius, mediantibus lineis pyramidalibus & rectis, quæ in lumine ipsarum stellarum firmantur, quod lumen per lineas diuersas uectũ de stellis depertiat uirtutes specificas, quas derelinquit in compositis, secundum quod componentia meruerũt. Et hoc est, quod rectè Auicẽna dicit in canone: quod talis forma specifica aduenit rebus, post primam complexionem elementorum in composito. Et quia ignoramus in æternum quantitates & pondera elementorum in compositis: ideo tales formas specificas, aduenientes iuxta meritũ talis & talis proportionis, in compositis necesse est ignorare: neque de ipsis plus scire possumus, nisi quantum præbet hominum experientia: & propterea in talibus plus conferũt experti, quam rationales medici: sicut bene in procemio metaphysicæ Aristoteles dicit: Venenum ergo, quod à qualitate so- Ve. secundum qualitatẽ considerata.

la facit operationem, uariatur secundum diuersitatem qualitatum. Nam aliud calidum, aliud frigidum, aliud siccum, aliud humidum. Calidum quidem duobus modis interficit: quia aut calefaciendo corrodit interius assumptũ usque ad cor, & extra appositũ usque ad medullam ossis: & sic interficit soluẽdo continuũ, quale est lepus marinus. Aut calefaciendo inflammat, & intus exteriusque ad cor: & sic interficit substantiam cordis superflue inflammando: sicut euphorbiũ & hellebor⁹. Frigidũ uenenum similiter interficit duobus modis, scilicet, aut stupefaciendo propter maximam eius frigiditatem, usque cor reddatur immobile: & hoc est tale, quale est opiũ: aut opilando uias anhelitus, & claudendo, ita, quod quasi anhelare nõ possunt, & usque ad cor aufertur anhelitus: & hoc tale, quale est plumbum ustum. Siccũ uero uenenum interficit duob⁹ modis, scilicet, aut consumẽdo humidum sanguinẽ cordis, & quasi in crustam conuertendo: & hoc tale est, quale est calx non extincta, & colcotar. Aut separando partem à parte,

Uene. calidum quõ corrũpat

Uen. frigidum duob⁹ modis interficit. Stupefaciendo.

Opilãdo.

Siccũ ve. duob⁹ modis interficit. Cõsumendo humidum.

Separãdo

donec omnia membra usque ad cor, & in minimas partes non liquefiant, sed soluentur: & hoc facit tale, quale est realgar. Humidum uero uenenũ, dicunt quidam non inueniri: quoniam non ascendit humiditas ad quartum gradum: & quartus gradus uenenosam reddit qualitatem: quoniam corruptiuum est & mortale. Sed Galenus narrat de uno, quẽ in somno serpẽs quidam momordit, & excitatus non ualens surgere: tractus per manum, remansit caro corrupta & putrefacta super terram, & ossa denudata apparuerunt: unde ex putrefactiõe occulta, & facili carnis solutiõe, probat Galenus uenenũ esse humidum: ex hoc genere, secundum aliquos, argentum uiuum uidetur esse uenenum: quod solum humidum in quarto gradu esse fatentur. Sed uenenũ quod à tota specie soluente uirtutem, siue à tota substantia, siue à forma specifica est, interficit: nõ, quia calidum, neq; frigidum, neq; siccum, neq; humidum: sed quia tale: quia oppositam habet uirtutẽ ad uitam hominis & sanitatem: & id uenenum, in quacunque

Humidũ ven. quare non reperiatur.

Historia ex Galeno

Ve. a tota specie lędens.

paruitate sumptum, ita etiam ut sensum intus fugiat, interficit, multiplicando seipsum: quoniam quãcunq; humiditatem nostri corporis inuenit, ipsam statim in uenenum conuertit: & hoc uirtute suæ speciei: & tale est, quale est napellus.

De unoquoq; ueneno in speciali. Cap. II.

VEnena mineræ specialia & plantarum & animalium non nisi nota & famosa dicemus: ne occulta narrantes, uirus in angues adijceremus ob eam eius solam causam, ut præuisa minus lædant, aut nunquam lædant. Hæc scribuntur, non ut alios lædere doceamus. Mineralia igitur uenena quædã sunt à natura: quædam ab arte procurata.

Ve. mineralia a natura.

A natura quidem, quæ in uentre terræ generantur, & horũ unum est argentum uiuum: quod intus assumptũ quandoque interficit, sua humiditate putrefacere faciente humiditatem cordis naturalem: quandoq; autem interficit, sua frigiditate actuali congelante cor. Cuius signũ

Argẽtum uiuũ frigidę naturę

est, quod quidam apothecarius, cũ de no-
cte tempore magni æstus sitiret, tentans
inuenit ampullam plenam argento uiuo,
quod bibit, & mane inuẽtus est mortuus,
et inuenientes argentum uiuum exire de
ano, anatomizatus fuit, & inuẽtus fuit san
guis circa cor coagulatus, et ipsum cor si-
militer. Inueneruntq; in stomacho ferè li
bram unam argenti uiui. Aliud est argen
tum uiuũ, quod fit ab arte alchymiæ subli
matũ in alludel, quod est uas alchymista-
rum, et istud est deterius et magis perni-
ciosum q̃ naturale: quoniam minerale sæ
pe per uentrem secedit, uel spõte, uel cly-
steri, sed sublimatum assumptum interius
corrodit intestina, et apostemat cor, et re-
tinetur urina, et prohibetur eius exitus,
et moritur. Extinguitur etiam argentum
uiuum cum forti admixtione saliuæ ho-
minis, donec dispareat. Quòd si proiece-
ris super ipsum aquam feruentem, et re-
dierit ad primam dispositionem, non est
extinctum, et hoc deterius est q̃ purũ ui-
uum, et minus malum q̃ sublimatum. Se-
cundum uenenum, quod est a natura mi

Apothecarius ex pctu argentiviui mortuus

Arg. viuũ arte paratum, deterius est.

Extinctio argẽti viui quõ fit.

Gypsum vene. nerae, est gypsum, quod intus assumptũ sua frigiditate coagulat sanguinem, et inspissat spiritus, et inducit difficultatem anhelitus, et deinde moritur. et hoc datum crudum in potu tritum: coctum uero, nõ est uenenũ, sed medicina styptica ualde. nascitur autem in uenis terrae montosae.

Scoria ferri. Tertium est aes, quod metallinam habet naturam, compositum ex argẽto uiuo et adurẽte sulphure ad formã tuberis deducente, quod quidem cum per fabros percutitur, et malliatur, scoriae, quae cadũt et datae in potu uenenant, et uentrem fortiter soluere faciunt, et hoc medici uocant Tubel aeris. inde etiam uinũ, si reponatur in uase aeneo, aut cupri, aut electri, et bibatur, uomere facit.

Aerugo ferri. Tertium est scoria ferri aeruginosi, et ipsa aerugo, quae intus assumpta adhaerendo intestinis exiccat humiditates et corpus, et senectam inducunt, id est, quandam aegritudinem, quam medici marasmum uocant. Vtuntur autẽ medici scoria ferri cõsolata, in curatione multarum aegritudinum.

Magnes. Quartum est lapis magnetis, qui assumptus intus melãcholi

cum, et lunaticum, et præſtigiatum facit recipientem. Vtuntur autem eo medici conſolato cum aliĳs medicinis, in curatione melãcholiæ. Eſt autem lapis iſte duarum ſpecierũ. Vna eſt, quæ trahit ferrum, uertens illud ad polum ſeptentrionalem, ubi dicitẽ eſſe minera magnetis. Alia, quæ trahit carnes humanas uertens tractũ uerſus polum meridianum, ubi dicitur eſſe minera ipſius. Hæc autem trita et data in potu uiſcera contrahit, et in globum reddit. Quintum eſt lapis armenius, qui rubeus eſt, et aſſumptus intus, ſi non eſt lotus, ſecũdum doctrinam medicorum eſt uenenum uomitiuum. et eo utuntur medici in cura melãcholicæ paſſionis. Sextũ, eſt lapis ſtellatus, quem medici uocant lazuli, qui ſi non fuerit lotus datusq; in potu, ſubuertit ſtomachum, et dolorem inteſtinorum facit, quo utũtur medici contra quartanam. Septimum eſt arſenicum, ſiue auripigmẽtum, quod eſt de ſpecie gypſi (ut dicit Albertus) quod caliditate & ſiccitate ſua et pernicioſa natura uenenũ eſt peſſimum, putrefaciens, et ualde mor-

Magnetis duę ſpẽs.

Lapis armenius.

Lapis ſtellatus.

Arſenicũ.

tificatiuum. Sed si sublimetur secundum alchymiam in uase alludel, est pessimũ uenenum intus assumptũ, et si sæpius sublimetur, efficitur albissimum, et tanto deterius efficitur uenenũ. Venena uero, quæ per artẽ fiunt, Lithargyriũ quod ex plũbo fit fuso in olla, cum testis ollæ fractis, quod assumptum intus, facit intestinorũ stypticitatẽ. Sic cerusa et calchucechumenon, quod quidem corrosiuum est et uenenum ẽ mortale. Est et plumbũ ustum, quod fit ex sulphure et auripigmẽto, qđ est uenenum, opilans et interficiens suffocando. Est et asurum, quod fit ex lapide lazuli, quod est uenenum exiccatum. Est & realgar, qđ ex sulphure et plũbo fit, corrosiuum existens uenenum intus assumptum. Vegetabilium uero uenena, quædam sunt succus herbarũ, quædam uero semina ipsarũ. Succus quidem cicutæ, et succus tithymalorum, et succ⁹ cucumeris asinini, et succus usneæ, et succ⁹ bothormarien, et succus coriãdri, succus mãdragoræ, et succus papaueris nigri, de quo opiũ fit, et succus corigiolæ lactãtis, de quo fit scã

Venena ꝑ artem parata.
Lithargyrium.
Cerusa.
Plumbum ustum.
Asurum.
Realgar.
Vegetabiliũ venena
Succi venenosi q.

monia.et ſuccus apij riſus,et ſucc⁹ ceruæ, .i.gyraſolis, et ſuccus napelli, et ſucc⁹ oleandri, et ſucc⁹ mezereon,et ſucc⁹ hellebori nigri,et ſuccus alfæſiræ,id ē,uitis albæ, et ſucus bryoniæ.i. cucurbitæ ſylueſtris.

De fructibus uero ſunt cornua oleandri,et cornua bedeguar,et anacardi,et nuces, et auellanæ rancidæ, et nux uomica, et coloquintida, quæ ſolitariæ fiunt, nata in arbore ſua,et ficus Pharaonis, et poma mandragoræ. Semina uero ſunt,iuſquiamus et cocognidij,et baccæ lauri rācidæ, et catapuciæ,et ſemen urticæ,et ſemen papaueris nigri, et ſemen hellebori, et ſemē cicutæ, et ſemen coriandri humidi, et ſemen ſerpentariæ:quæ omnia comeſta uel bibita, aut perimunt modis ſupradictis, aut infirmant corpus et alterant. De animalibus uero ſunt quædam de cerebris ipſorum, quædam de caudis,quædam de ſanguine, quædā de ſaliua & ſputo,quædam de fellib⁹, quædam de toto corpore. In cerebro quidem cattæ uenenū eſt perniciosum,faciens hominem amentem. Similiter in cerebro ueſpertilionis. In cau-

Fructus venenoſi q̄

Semina venenoſa.

Ve. ex animalibus deſumpta

In cauda vene. da uero ceruí, uenenum eſt peſſimũ, propter quod uenatores extremitatē caudæ cerui, quando uolunt ceruum comedere, abſcindunt. Similiter in cauda ſcorpionis, et rutelæ, et ueſpæ, et apis, et exanguium animalium, et quorundam ſerpentũ.

Sanguis venenũ. In ſanguine uero, ſicut in ſanguine bouis ueteris, et in ſanguine bufonis, et eius ſputo, et in ſanguine hominis cholerici, rufi, in furia poſiti, et in ſanguine menſtruo, et in ſanguine leproſi.

Sputum. In ſputo uero ſiue in ſaliua hominis ieiuni, non ad hominem, ſed ad ſcorpionem & ſerpentem. In ſputo bufonis, et ſputo et ſaliua uiperæ, quæ cum coire uult cum piſce, uenenum deponit in littore ſuper lapidem quendam, deinde rediens, ſuum colligit uenenũ. Et in ſaliua et ſpuma canis rabioſi, et ſaliua cattæ, ſimeæ et muris, et hoīs ieiuni, faciētiũ morſum.

Saliua.

De fellibus uero, ſicut eſt fel leopardi, quod eſt uenenum a forma ſpecifica ſtatim pariens.

De toto uero corpore, ſicut ſunt cāthariдes, et ſalamandra. De quorũ omnium

summa dictum est, quod à qualitate, aut à specie interficit prædictum uenenum.

Ad sciendum, secundum quem modum uenenum interficit aut nocet.

Cap. III.

OMne nanque uenenum, inquãtum est uenenum, oppositam habet qualitatem corpori nostro. Hæc autem oppositio magnum dubium facit, quomodo & qua uia uenenũ ad cor hominis transitum patiatur. Nam, aut uenenum trahetur à corde, sicut ferrum à magnete: aut ipsum trãsibit ad cor, aut utroque modo: corde scilicet attrahente, & ueneno currẽte. Quod si nullo prædictorum modorum erit, asserere relinquetur: quod nullo modo uenenum ad cor transire possit: & sic cessabit oppositio ueneni ad ipsum cor. Quo posito, dicemus uenenum non esse peremptiuum cordis, cuius oppositũ uidemus, quod assumpto ueneno pernicioso, ut napello, statim syncopis apparet, quæ passio est

cordis, & tremor cordis & pulsus, defe-
ctus & omnia accidentia cordiacæ passio
nis. Propter quod sciendum est, quod cor
dum est sanum, sicut & cætera membra,
nihil attrahit, nisi sanguinem sibi consimi
lem & spiritum, quorum unum reponit
in dextro uētriculo cordis, et alterum in
sinistro. Quando uero infirmum est, tra-
hit ad se qualitatē contrariā sui nocumen
ti, sicut, quando est super calefactum, at-
trahit ad se aerem frigidum, et hoc, facit
et sanguinem frigidū, per uirtutem na-
turalem attractiuā sui similis, dū ipsum
est in potestate naturæ, et per appetitum
sensitiuū animalē, quo unūquodque mem-
brorum læsum, appetit deliciam, et sentit
conueniens et contrariū sui nocumenti.
Venenum ergo, ut cū in nullo participet
cum complexione cordis, et natura ab
ipso corde dum sanū est, nō trahitur, imo
refugiet illud tanquam inimicū oppositum:
quando uero cor esset infirmū, ex appe-
titu sensit, imo appeteret, et traheret con-
trarium suæ passionis. Et secundū istum
modum, uenenum ueneno curatur. Nam

Cor sanū sanguinē & spiritum ad se trahit.

quando aliquis uenenum aſſumpſit, puta opium, quod infrigidãdo corpus uſq; ad cor, et deinde coagulãdo ſanguinẽ corde, ex quo mors introducitur, antequam cor ſenſum amittat, ex frigiditate opij ſentiẽs nocumentum, deſiderat medicinam calidam. Et ſi detur caſtoreum, quod de ſe eſt in genere uenenorũ, ipſum caſtoreũ cor trahet, mediante appetitu ſenſitiuo, nõ ut uenenum oppoſitũ ſubſtantiæ cordis, ſed ut oppoſitum qualitatis malæ introductæ per opium. Hæc autẽ ratio nõ plus monſtrat, quando cor attrahit ad ſe uenenum, niſi ſic quodlibet mẽbrorum infirmũ ad ſe trahat oppoſitã qualitatẽ. Præterea dato, qđ cor, qñ ſenſit nocumentum ueneni frigidi, uirtute appetitus ſenſitiui appetat medicinam calidam, et ipſam ad ſe trahat, adhuc ſtat quæſtio, quomodo illud uenenum primũ datũ tranſiuit ad cor. Quare dicẽdum uidetur, quod nullo modo cor ad ſe unquam uenenum trahit, quoniam neq; inquantum ſimile eſt cordi, quia nullam ſimilitudinem cũ ipſo habet, nec inquantum contrarium, quoniam cor nun Uenenum veneno tolli probatur.

quam fuit talis diſpoſitionis, quod uene-
num eſſet oppoſitum illius. Nec potes in-
ferre ex hoc, nullã eſſe oppoſitionẽ inter
cor et uenenũ, qm̃ licet cor uenenũ nõ tra
hat, uenenũ etiã licet nõ currat, neq; etiã
utroq; modo cõtingat, eſt tamẽ dare aliũ
modum, quo directe apparet oppoſitio
et peremptio manifeſta. Nam uenenum
quoniam actiuum eſt, a forma quam ha-
bet, pernicioſam & deſtructiuum cordis,
quicquid tangit in corpore humano, con
uertit in illam ſpeciem uenenoſam, et ſe-
ipſum multiplicat, inficiẽdo humiditates
noſtri corporis in uenenoſam naturam, q̃
multiplicata auget uirtus ueneni. Nam
dicitur in geometria, q; geminata quanti
tas augmentat uirtutẽ. Vnde ex modico
ueneno aſſumpto conuertente, quod tan-
git ad ſuũ ſimile, augetur uirtus & multi
plicatur: ita ut de facili p modũ continui
corporis, cuius extrema ſe tangunt, attin-
git parum in quantitate uenenum ipſum
cor, quod etiam tangit, conuenit ad uene
num, & ex eo tunc ſpiritus uitalis non ha-
bens debitum organum, in quo reſideat,

Alius modus quõ venenum cor lędat.

Venenum quę tangit ad ſui ſimile reddit.

cedit formæ ueneni, & egrediens de corde, dimittit cor & corpus sine motu: Et hoc est mors, cuius signum est, quod illud cadauer, si comedatur, uenenum efficitur comedenti. Est tamen adhuc sciendum, ꝙ arteriæ cordis & ipsi uentriculi cordis motu diastoles et systoles, id ē, per modum naturalem attrahendi et expellendi, quem habent cōtinuo, quāto tempore uiuit animal, attrahunt ad se circunstantem spiritū, ita quod etiam arteriæ, quæ ad cutem terminantur, per poros suos aerem exteriorem continentem nos attrahunt usq; ad cor, & per easdem cor exsufflando expellit calores et fumos, ita ꝙ si aer continēs nos fuerit uenenosus et pestilentialis: per ipsas arterias motu dilationis attractus cor inficit, et inde ægritudines pestilentiales contingunt, non quod arteria uel cor de sui natura uenenum trahat, sed quia sub specie aeris et spiritus, attractus uenenosus uapor ingreditur. Et secundum hoc dixerunt sapientes, quod est uenenum, dormire seu degere sub arbore nucū, & in hortis cauliū, et sub um-

Insensibilis transpiratio an attractio per poros venenum attrahat.

Decubitus sub quibusdā arboribꝰ venenosus.

bra oleãdri, et balneari in aquis, sub cuius ripis oleander, et arbores uenenosæ crescunt. Narrat enim Galenus de quodam qui se balneauit in balneo, calefacto de lignis excisis de cauernis serpentum, qui mortuus fuit ex uapore lignorum, cum quib⁹ fuit balneum calefactum infectum ueneno. Et Aristoteles in libro de proprietate elementorum et planetarum, dicit, quod tẽpore regis Philippi, omnes mercatores transeuntes per quandam uiam, quæ ad ciuitatẽ applicabat, quando erant in parte illius uiæ, in qua duo mõtes, unus hic, & alter hinc existebant, statim moriebantur. Et tunc Socrates parari fecit caueam uitream in quam intrãs, se illuc iussit portari, & respexit duos serpẽtes, unũ in uno monte, & alium in reliquo existentes, qui aerem illius loci inficiebant, unde transeuntes moriebantur. Rufus etiam dicit, quod antiqui reges fecerunt puellã nutriri napello, ut per eius anhelitum & amplexum, cum ea coeũtes morerentur. Similiter in sentinis nauium & in cauernis profundis, & in locis inhabitatis, & in

Historia ex Gale.

Alia historia.

Ex anheli tu & cõplexu puellę mortui.

locis fœtidis propter aerẽ attractum ha
bitantes, uenenantur. Dicit nanq; Auicen
na in capitulo primo, quod nulla res est
magis inimica caloris innati & cordis, q̃
magnus fœtor, à quo subito spiritus uita
lis à corde recedit: & quanto complexio
cordis, & materiarum alicuius hominis
calidior fuerit et rarior, tanto citius uene
num, tam bibitũ, quàm respiratum peri-
mit et occidit, quoniam calidũ cor plus
attrahit, quàm frigidum de anhelitu, et
uiæ latiores sunt in arterijs calidi cordis,
quàm frigidi, ita quod iusquiamus passe
res non occidit propter stricturã uiarum
ad cor: hominem autem sic, quia latio-
res habent uias, per quas facilior est transi
tus spiritus uenenati, et quanto uenenum
de sui complexione est calidius, tãto dete
rius efficitur: dato in hoĩe calidiori, quia
utriusque caliditas se iuuat in unum effe
ctum. sed exhibitum in frigidiori natura,
suum tardat effectum. Veruntamen tan-
ta posset esse caliditas naturalis, quòd eti-
am uenenum calidum superaret et repel
leret, et ipsius nocumentum prohiberet,

Magnus fœtor cordi inimic⁹.

Hyoscia-m⁹ quare homini nõ ita passeribus sit venenosus.

Cõplexio superans venenum.

aut mortem, et inde est, ꝙ multi homines uenenati uno cibo & eadem quantitate in eadem cœna, aliquis moritur, & aliquis euadit, & aliquis excorticatur uel infirmatur: ſicut ego quandoq; uidi, in quadam cœna fuiſſe quatuor uenenatos, comedentes ſinguli ferculum uenenatũ, quorum unus fuit mortuus ſtatim, alius euaſit oĩno, reliqui duo infirmati fuerunt ad mortem: qui uero euaſit animoſus erat, & calidi cordis: q uero mortuus, fuit minus calidæ complexionis. qui uero infirmati fuerunt, calidiores erant natura, q̃ ille, qui migrauit: & minus, q̃ qui euaſit. hoc autẽ non aliter eſſe poteſt, niſi quia calor naturalis, qui mouet ad formam uitæ, reſiſtit inquantum poteſt, calori accidentali, tam febrili q̃ calidi ueneni, quã etiam calori aeris peſtilentiali & calori æſtus: & dierũ canicularium, qui omnes calores mouent ad interitionem, & diſſolutionem compoſitorum: Vnde Auicenna dixit in capitulo primo, ꝙ nihil eſt, quod reſiſtat malis qualitatibus & calori febrili, plus q̃ calor innatus, adeo ꝙ etiam uenenis calidis

Ex quatuor venenatis vnus moritur ſuperſtitibus reliquis quare

Calor innatus reſiſtit malis qualitatibus.

repugnat, non complexionaliter, sed formaliter: quia calor naturalis informatus, est regulatus ab anima nostra, quæ mouet ad uitã mediante calore naturali tanquã, suo instrumento: & ideo dicitur, ꝙ omne opus naturæ, est opus intelligentiæ id regentis: unde signanter natura dicitur de calore, tam à philosophis quã à medicis: cum dicunt, calor naturalis & non frigiditas naturalis, & proportionatur (ut dicit Dorachius astrologus) ad alchocoden, id est, ad constellationem, & locum cæli, qui dicitur dator uitæ. Venenũ uero frigidum, datum in complexione hominis frigidi, frigiditate utriusq; citius perimit, quã datum in complexione calidiori. sed si uenenum fuerit de illis, quæ à tota specie interimũt, ut est napellus, & eius gummi, & fel leopardi, & thirus: tunc complexio bibentis uenenum, nihil impedit uel confert, nisi pro tanto, quod in calido homine uiæ sũt latiores ad transitum, in frigido strictiores.

De præcustodia & cautela, ne aut

uenena propinentur, aut propinata non noceant. Cap. IIII.

OPortet suspicantẽ aut timentem uenenosam potionẽ, uel cibum, ut utatur regimine duplici. Primum est, defensio cum tutela: Secundum, est destructio assumpti ueneni cũ uirtute. Defensio uero cum cautela est, ut ante comestionem suæ mensæ, coram suis ferculis & potib⁹, sint res discernentes & significantes fore uenenum, si fuerit: & horum unum est, sicut cornua serpẽtis, quæ sudant in aduẽtu scilicet napelli & thiri, & fellis leopardi, & non in aliorum uenenis. Et aliud, ꝙ est lapis quidam nomine prasius, qui est matrix & palatiũ smaragdi, quia in ipso inuenitur. Est autem uiridis, habens uiriditatem spissam sicut prasium, & inuenitur aliquando cum rubeis guttis, & aliquando cum albis, expertum est, quod præseruat reges à uenenis. Nam si lapis ille sit in mensa, in qua uenenum ponitur, ad præsentiam ueneni, nitorẽ statim emittit, &

Defensio a venenis, cũ cautela

Cornua serpẽtis venenũ prodũt

Lapis prasius qualis.

ipso ablato, nitor reuenit. De hoc lapide dicitur in epistola Aesculapij philosophi ad Octauium, quod ipsum timet uenena & prælia: unde & Alexander Macedo in prælijs sæpe habebat: Cumque de India reuerteretur, se lauans in Eufrate, deposito cingulo, in quo lapis erat suspẽsus, serpens quidam illũ morsu abscidit, uomuitque illum in Eufraten: Et de hoc Aristotelem dicũt mentionem fecisse in libro de natura serpentum. Aliud est etiam, quod scriptum est in libro regum Persarum, quod si sculpere feceris in lapide hæmatitis uirũ genu flexum cinctum serpẽte, cuius caput teneat dextera manus, & caudam sinistra, posuerisque lapidem hũc in aureo annulo, & sub lapide posueris radicem serpentariæ tritam, portauerisque hunc annulum, ab omni ueneno præseruat. Quodquidem ego quandoque præparari feci, & ad prædictum usum seruaui: Caueant etiã quod qui, ne uasa, quibus ipsorum uinum defertur uel tenet, stent discooperta in cellarijs uini, nec uinum discoopertũ: Quia naturaliter omne animal uenenosum lambit ul

Historia.

Annulus artificialis a veneno præseruãs.

num,& uasa uini:& quandoq; in eis suffo,cata sunt inuenta. Caueant etiam fercula, & potus,& confectiones, sapores habentia dulcissimos:quia in istis consueuerunt celare uenenum. Smaragdus etiam optima, quam si bufo intuetur,expertum est, q ipsius oculi crepitant ad præsentiã ipsius:si teneatur in mensa, uenena debilitat: si in ore teneatur,uenenum uirtutem inficiendi dimittit:& si det trita in potu post uenenum, peroptime à morte liberat: & sit eius quantitas scrup.ij. quod ego quandoq; expertus sum: & Auenzoar hoc inuenit, ut in libro translato papæ Bonifacio,scriptũ est. Comedat etiam ante oẽm cibum castaneas cum ficis siccis, aut rutam cum auellanis, & nuces uirides cum ruta, aut siccas nuces cum ficis siccis, aut calamentum recens uel siccum in fritellis, aut radicẽ dictamni tritam & cum uino potatã. Præcauet etiam ab omni ueneno, bibisse ieiunũ,cyathum uini puri optimi, in quo,tẽpore musti,in una mensura duo serpentes uiui fuerint suffocati:præseruat etiam (quod est expertũ) ut omni mane

Smaragdi virtus.

Hec comesta a venenis tutos faciũt.

accipiat drachmas duas de theriaca, quæ dicitur de terra sigillata. Fit autem sic: Recipe baccharũ lauri drachmas quatuor, terræ sigillatæ drachmã unam: terant, & cum melle dispumato lib. j. conficiatur, & reponatur in uase uitri, & sumatur ex ea inuicem drach. duæ. Destructio uero assumpti ueneni fit ita: Nam si scitum fuerit de specie ueneni, tunc destruatur per medicinam propriatam illi ueneno, quæ bezoar uocatur, et de hoc ego singulare faciam infra capitulũ, ad cognoscendum unumquodque uenenũ per signa propria, et ibi docebo uirtutes bezoarticas. Si uero ignoratum fuerit uenenum, aut medicus fuerit absens, et dubitatum fuerit de ueneno, cuiuscũque fuerit spẽi, tunc statim butyrũ et aq̃ calida simul dissoluta bibat, et cogatur euomere, & post uomitũ cum butyro iterũ uomere cogatur cum aqua mellis, et mũdificato stomacho, statim theriaca magna exhibeat cũ decoctione uini, in quo bullitæ sunt radices dictamni. et sit theriaca drach. duæ, et uinũ unciæ duæ, & non comedat usque ad septẽ horas, et tũc

Compositio theriacę.

Uenenum assumptũ quõ destruendũ sit.

Uomitus prodest eis q̃ uenenũ sumpserũt

B. Raw.

×3.

nutriatur rebus uentosis, cum ficis et uuis passis et auellanis, et iure gallinæ pinguissimæ, uel agni annalis uel hœdi: quod si in intestinis ardor uel dolor sentit, clystere initiatur factū cum aqua mellis, dissoluta cum adipe anatis uel gallinæ, et proiecto clysteri, iterum dissericetur cum lacte ouino calido, quo proiecto, cibetur iure supradicto: si uero adhuc morsus uel dolor, in stomacho uel in intestinis remāserit, tūc modicum balsami dissoluti in lacte circa unum cyathum detur in potu. Hæc enim liberāt uenenatos, si cito adhibeātur, quæ dicta sunt. Si uero morsus, aut gladius fuerit uenenatus, statim supra morsum, aut supra uulnus gallina uiua euiscerata supponatur, & reiteretur uiua, aut ore alicuius schlaui uel serui sugatur locus, & os serui abluatur sæpe cum uino, in quo dictānus fuerit coctus: deinde theriaca magna loco supponatur: & cum theriaca fuerit exiccata; iterum alia recens ponatur, donec locus non plus theriacam desiccet. Si uero locus morsus, siue uulnus uenenatum fuerit siccus, tunc theriaca non appo

Clystere in veneno prodest.

Uenenum ab extra inflictū quō curandum

nat, sed loco theriacæ lactucella sup uulnere alligetur, & innouetur totiens, quo ad locus fuerit humectatus, & tunc sanitas erit introducta. Quantum enim theriaca exiccat, tãtum & lactucella humectat amplius. Intelligat uestræ reuerentia Sanctitatis, quod septem sunt herbæ, quarum cuiuslibet natura uniuersalis, cuius interest, speciem cuiuslibet plantæ, singulari & specifica uirtute dotatæ, non à complexione elementari, quia calida uel quia frigida, uel quia sicca, uel qa humida, sed quia talis, & à natura, uel mediante stella sic dotata, donauit uirtutem liberandi à uenenosis cibis, & potibus, & letali ueneno ex uulnere siue morsu. Prima quarum est hypericon, quæ alio nomine herba dicit pforata, quã Achilles oraculo Apollinis in exercitu Troianorum dicitur inuenisse, ut ait Plinius. Secunda est uincetoxicum. Tertia Enula. Quarta rafanus. Quinta dictamnus. Sexta aristolochia lõga & rotũda. Septima lactucella, quarum unamquanq; dicit æquipollere theriacæ: ita ut uulnerib⁹ uenenosis succus alicuius præ

Septẽ herbę quę ueneno resistunt.

Hypericõ

Uincetoxicum, Enula, Raphan⁹. Dictãnus Aristolochia, Lactucella.

Lactucella

dictarum datus in potu, uulnera ueneno infecta purget, & saluet, & per istum modum omnes antiqui talia curabant uulnera, antequam theriacæ haberēt notitiam. Morsus uero ab aĩalibus uenenosis, curat quælibet prædictarũ theriaca, & morso loco supposita. Venena uero bibita, curat puluis factus ex qualibet prædictarum, et datus in potu cum uino, uel aqua mellita. Dicit præterea Auicenna, ꝙ stercus galli bibitum cum aqua, statim per uomitum omne uenenum educit: Et lac asinæ, comestum prohibet uirtutem profundari ueneni, ita quod in quo prādio uel cœna asinæ lac fuerit bibitum, uel comestum, nullum præter napellum, possit nocere uenenum. Theriaca autē omni ueneno cōplexionali, & specifico, & napello directo opponitur, & contrariatur secūdum totam speciem, id est, secundum bonam permixtionem medicinarum, quæ intrant cōfectiõe artificiali theriacæ: Qua resultat qđdam diuinum & formale destructiuum omnis ueneni, ut infra in speciali dicetur. dentur autem de ipsa unciæ duæ uel tres

Theriaca veneno contraria

tribus diebus continuis, quia toxicum resoluit, & sudorẽ prouocando liberat. Terra etiam sigillata, aut in comestione, aut post comestionem bibita uel comesta, hãc habet proprietatem, ꝙ si uenenum inueniat in stomacho, ipsum per uomitum expellit. Si uero post eam uenenum exhibeatur, nunq̃ permittit per corpus perambulare, ita ut deniq; cor defendat, & eius humiditates custodiat. Quare reges & principes de partibus oriẽtalibus & meridionalibus (ubi scilicet exhibendi uenena clandestine, ut homines moriantur, hæc pernicies nephandissima accepit originem & inualuit,) cotidie usque nunc, semper in suis cœnis & prandijs terram comedunt sigillatã, & ideo sigillo regum talis terra sigillabatur, inde terra sigillata est uocata: nunc autem perijt fides sigillorum, quoniam tam inelegans q̃ elegãs ad nos sigillata portatur. Et est sciendum, ꝙ Ras. & ipsa experientia hoc testatur. Dicitur in libro diuisionum, ꝙ ad uenenum napelli, parũ theriaca aut nihil prodesse uidetur: quapropter ad aliud remedium

Terrę sigillatę mira vis.

prorſus eſt confugiendum, & non tam in pauco temporis ſpacio, in quo neceſſe eſt napelli uirtutem, ne ad cor tranſeat, impedire: contemnere artem medicinæ in ſpecie theriacæ quod eſt, qa ſi nõ citiſſime impediatur, moritur homo in uno die, uel in tribus. Sed de hoc infra dicetur, ubi ſingulares medicinas, ad ſingulare uenenum inducam.

De ſignis & curis cuiuſlibet ſingularis ueneni propinati, & primo de argento uiuo. Cap. V.

Ille qui argentum uiuum ſumpſerit, dolorem patietur inteſtinorum & laterum, aut grauedinem, & ad ultimum perducit ad epilepſiam uel ad apoplexiã, & tunc cadit & interficit. Quod ſi fuerit extinctum, uel ſublimatum, corroſionem facit inteſtinorũ, & morſuram, & fit grauedo linguæ & ſtomachi, & apoſtematur cor, & moritur. Et eius cura eſt clyſtere cũ adipe anatis uel butyro, & deinde rei-

Sublimatum.

Cura.

teretur cum aqua mellis, & si fuerit credi tum, quod fuerit extinctum, uel sublimatum, uomitus prouocetur, & hoc statim antequam ad intestina descēdat. Quoniam tūc penitus intestina excoriaret, & sanguinē exire faceret, & tenasmū induceret: Tunc enim cum clysteribus solum esset intēdere, & expedit: argēti euacuatione, erit attendendū ad accidētia derelicta, quæ tria esse consueuerunt. Vnum, mala complexio humida, & frigida in intestinis. Secūdum, est debilitas cordis & tremor. Tertium, uulnera in stomacho uel intestinis. Et primo opponemus nos cum rebus cōfortatiuis, stipticis, calidis, & desiccantibus: dabimus ergo tunc myrrhā & castoreum decoctum in uino, & saluiam, & rutam tritam, & cum aqua, in qua nuces cypressi sunt bullitæ, potui propinabimus. Et ad secundum opponemus nos, cū exhibitione diamargariton, & diamusci amari. Et tertio opponemus, cum medicinis sigillantibus uulnera assumptis per clystere, si fuerūt uulnera in intestinis, in potu, si fuerit in stomacho, & horū summa erit

Accidentia q̄ sumptū argentum uiuū sequūtur.

trifera minor, aut uinũ rubeum, in quo myrobalani cocti fuerunt. Et si urina fuerit retenta ex potu argẽti uiui, tunc ponemus eũ in balneo aquæ calidæ, & postea supponemus uesicæ spongiam infusam in decoctione iuniperi, & seminis apij pluribus uicibus, & dabimus in potu uinum purum optimũ, in quo bullita fuerit radix cyperi, & ungemus mentulam, & testiculos, cum oleo rutaceo, & iunipero, & eius bezoar est costos &c̃.

De gypso Cap. VI.

Ille cui datũ fuerit in potu gypsum, habebit difficultatem anhelitus, & frigiditatem in stomacho, & stypticitatẽ uentris, & labia alba, ut mortificata: Et eius cura erit, ut bibat aquam calidam butyro & euomat. Deinde bibat iterum aquam calidam cum melle, et euomat: et postea detũ sibi in potu mithridatũ drachmæ duæ cum optimo uino. Et si stypticus remansit, clysterizetur cum adipe anatis, et ungatur uenter cum oleo de cerua, et eius bezoar est stercus muris tritum et bibitum, et

detur ex eo cum uino drachma una.

De ſcoria æris. Caput VII.

ILle cui data fuerit in potu ſcoria æris, multũ aſſellabit aut uomet, et cum dolore et punctione in inteſtinis et ſtomacho. Et eius cura erit balneum, in quo bullita ſint capita hircorũ, uel limaciũ, et dare in potu ſuccum mentæ, et ungere ſtomachum et uentrem cum oleo roſato calido. Et eius bezoar eſt ſuccus acori, bibatur drach. ij. cum uino.

De ſcoria ferri. Caput VIII.

ILle cui data fuerit ſcoria ferri, aut eius ærugo exiccatur cotidie, et uenter adhæret renib⁹ et maraſmũ patitur. Et eius cura eſt humectare totũ corpus cum balneis, in quib⁹ teſtudines ſint bullitæ, et clyſterizetur uenter cum decoctiõe pedum hœdorũ, aut cũ aqua maluauiſci, et comedere butyrum recens, et iura pinguia. Et eius bezoar eſt lapis magnetis tritus, et datus in pillulis, cum tantundem de ſucco mercurialis, et bletis in modum pillu Magnetis cõeſtio

larũ, et ſit doſis magnetis in uice drach. j.

De lapide magnetis. Caput IX.

ILle cui datus fuerit lapis magnetis non conſolatus, efficitur lunaticus, et melancholicus, aut heroicus. Et eius cura eſt, ut detur in potu limatura auri, et fragmẽta ſmaragdi ſimul iuncta cum uino, et clyſterizetur cum lacte ouino, et oleo de amygdalis dulcib⁹. Et eſt bezoar eius ſmaragdus trita, et data in potu trib⁹ uicibus, in nouem diebus.

De lapide lazuli. Caput X.

ILle cui datus fuerit in potu lapis lazuli non lotus, patietur ſubuerſionẽ ſtomachi, et triſtitiam, et ſolicitudinem. Et eius cura eſt, bibere lac recens mulctum aſinæ, omni mane uſq; ad dies vij. et comedere auiculas aſſatas in ſpeto. Et eius bezoar eſt charabe tritum, ſcrup. ij. et datũ in potu cum uino.

De Arſenico ſublimato Caput XI.

ILle, cui datum fuerit arſenicũ ſublimatum, patietur excoriationem inteſtino

rum, et stomachi, et arsuram, et dolores mordicatiuos, et sitim, et linguam habebit exiccatā et expuere non poterit, et demum syncopim patietur. Et eius cura est, ut bibat butyrum cum aqua calida, in qua semina rapi sint cocta, et euomat, et clysterizetur, et deinde cū oleo de amygdalis dulcibus omni die bis, et cibetur iure gallinæ pinguissimæ. Et eius bezoar ē crystallus trita subtiliter, et data in potu drach. j. cū oleo amygdalis dulcium. Et si non fuerit sublimatum, erunt accidentia remissiora, et cura eadem.

Crystal ʒ.

De lithargyrio. Caput XII.

ILle, cui lithargyrium datū fuerit in potu, non poterit digerere, et per uomitum emittet, quod insueuerat per secessum. Et eius cura est, colice per clystere iniectum, factum ex aqua mellis et adipe gallinæ uel anatis, et dare in potu oleum amygdalarū dulcium, et comedere ficus siccas ante cibum, et ungere stomachum cum succo apij, et uentrem cum butyro. Et eius bezoar est semen cheruæ tritum,

et datum in potu, drachmas duas.

De Cerussa Caput XIII.

ILle cui data fuerit cerussa ĩ potu, patietur uomitũ album ut cerussa, et dentes nigros, et dolorem uẽtris grauatiuũ, & egeret sanguinem, et habebit tenasmũ. Et eius cura erit, uomitus prouocatus cũ aqua, in qua semina rapæ et atriplicis sint bullita, et deinde clysterizare uentrem, et cũ brodio caulium coctorum, et oleo sine sale, et dare ĩ potu mithridatũ aut theriacã cũ optimo uino. Et eius bezoar est potus, uini albissimi puri prope inebriationẽ.

De chalcechumenon .i. uiride æris Caput XIIII.

ILle, cui chalcechumenon .i. uiride æris, datum fuerit in potu, oblationẽ et suffocationem pulmonis et anhelitus habebit: et quasi non poterit respirare: et patietur solutionẽ continuitatis in interioribus, et uulnera et hulcera in intestinis, et punctiones corrosiuas. Et eius cura erit statim cum uomitu procurato, cum buty

ro et aqua calida, et sæpe reiterato: et deinde iniicere clystere factum cũ lacte asinino, et oleo de amygdalis dulcibus, et deinde dare in potu de terra sigillata drach. j. cum uino albo, et deinde si nõ cõfert, fiat balneum in tina, ubi sit oleum oliuarum in tanta quantitate, ꝙ non attingat ad stomachũ. Et eius bezoar ẽ corallus rubeus, tritus & datus in potu cũ uino, drach. ij,

De plumbo usto. Cap. XV.

CVi datur plumbum ustum, non potest loqui, & moritur suffocatus, & uox eius nõ auditur, nisi sicut plumbum, & eius labia & lingua plumbina sunt. Et eius cura est dare theriacã magnã drach. ij. omni die usque ad v. dies, cũ aqua mellis, & induere pelles uulpinas uel ouinas nouas, & intrare uentrem mulæ uel asinæ calidæ, & reiterare introitum sæpe: Et eius bezoar sunt grana citrorum, mundata & trita, & data in potu cum uino cocto dulci, drach. ij.

De asuro minio aut zenabrio.

Caput XVI.

CVi datur asurum, aut minium, aut zenabrium, patietur uomitũ, & ueneris stipticitatem, & in uomitu discernetur per colorem unumquodq; ipsorum. Et cura omnium prædictorũ est eadem. Detur ergo in potu butyrũ cum aqua calida, in qua semina rapi sint bullita, & euomat post uomitum spontaneum: deinde clysterizetur cum aqua mellis & oleo. Et eius bezoar est spodium, quod fit de ebore combusto datum in potu cum uino drach. ij.

De realgare. Cap. XVII.

CVi datur realgar in potu, patietur sitim, & exæstuationem, & exiccationem, & consumptionem humiditatis: ita q; nisi ei succurrat, aut moritur, aut paralyticus & contractus remanebit. Ego uidi & curaui iuuenem, cui datum fuit cum epate porci assato realgar tritum, & euasit mortem ab eo, & remansit circa oẽs iuncturas, quasi immobilis ex nĩmia siccitate. Et eius cura est uomitus, cum butyro

& aqua calida sæpe iteratus, & clysteria cũ lacte asinino iterata: & dare in mane in potu omni die uncias v. de lacte asinino, & cibare eum ficubus pinguibus, & ungere totum corpus ex oleo de amygdalis dulcibus, & sedare sitim ipsius cum iuleb. Et eius bezoar est oleũ de nucellis pini, datũ in potu statim, uel in prima die, unc. iiij.

De cicuta. Caput xviij.

ILle cui datus fuerit in potu succus cicutæ, stuporem & sensum perdet. Ex eo Socrates ab Atheniẽsibus fuit interemptus. Et eius cura est, in potu sumere theriacam drach. ij. distemperatã cum decoctione dictamni. Et eius bezoar est, gentiana trita & data in potu, drach. ij. cum uino.

De succo tithymalorum. Caput XIX.

ILle, cui datus fuerit succ⁹ tithymalorũ, patietur fluxum uentris, & uomitum, & accidẽtia cholericæ passiõis. Et eius cura erit, theriaca magna cum uino, in quo dictamnus fuerit bullitus. Et eius bezoar est, muria trita & potata cũ uino, drach. j.

De ſucco cucumeris. Caput XX.

ILle cui datus fuerit in potu ſuccus cucumeris aſinini, patietur excoriationē in gutture, & ſolutionē uentris, & dolorē inteſtinorū. Et eius cura eſt, theriaca magna cum decoctione baccarū lauri & melle, drach. ij. Et eius bezoar eſt ſuccus mentæ, uncia una.

De ſucco uſneæ. Caput XXI.

ILle, cui ſuccus uſneæ datus fuerit, patietur decurſum humiditatum ſupfluarum ad os, & guttur; ita ut ſtrangulari uideatur. Propter quod hæc herba ſtrangulatrix ab Hippocrate lupi uocat̃: ſtrangulat enim lupos ipſam comedentes. Et eius cura ē, ſumere in potu de terra ſigillata ſtatim drach. ij. cum aqua calida, & euomere. & deinde poſt illud accipere de theriaca. ʒ. ij. cum uino decoctionis gentianæ. Eius bezoar eſt ariſtolochia longa.

De radice bothormarien. Ca. XXII.

CVi datur in potu ſuccus aut radix bothormarien, patiet̃ ſtrāgulationem,

& quasi suffocationem, propter quod uocatur panis porcorũ. Et eius cura est baccæ lauri tritæ drach. ij. datæ in potu; Et eius bezoar est piper album tritum. z. ij.

De succo coriandri. Cap. XXIIII.

CVi succus coriandri datur, patietur quasi destructionem intellectus, ac sicut ebrius uideatur, & tandem moritur stupide. Et eius cura est theriaca magna, z. ij. cum optimo uino. Et eius bezoar est herba, quæ dicitur uincetoxicum: data in potu. z. ij.

De succo mandragoræ. Cap. XXIIIII.

CVi datur in potu succus mandragoræ, aut poma eius, aut radix eius, ruborem in facie & oculis, & stuporem in mente, & mentis alienationem, & amentiam, & somnum profundum patietur: Et ei⁹ cura erit, sumere in potu statim theriacam magnam distemperatã cum optimo uino, & tardare comestionẽ per diem unam, & bibere optimũ uinum purum, & odorare acetum forte. Et eius bezoar est radix raphani comesta omi die usq; ad

tres dies cum pane & sale.

De succo papaueris nigri.

Caput XXV.

CVi datur succus papaueris nigri, patietur stuporem mentis, dormitationem, & hebetiam: ut illi, qui oleum com edunt. Et eorũ cura est, bibere theriacam magnam, & dyacastoreũ, & oppopiram, aut cõfectionem de anacardis drachmas duas cum uino. Et eius bezoar est allium crudum.

De opio. Caput XXVI.

CVi datur opium in potu: si cogatur uomere, apparebit odor opij in uomitu: & erit hebes, & piger, & dormitans absq; sensu, & non intelligens, neque sentiens: & si non succurratur ei, morietur. Et eius cura est, altissimum uinum, & fricare extrema cum nitro, & sapone, & prouocare sternutationẽ cum pipere intromisso in nares. Et eius bezoar est castoreum tritum, & datum in potu cum uino drach. ij.

De succo scamoneæ. Caput XXVII.

ILle cui succus scamoneæ datus fuerit in potu, patietur cordis defectum, et syncopim, et sitim, et exæstuationē, et dysenteriam, et febrem. Et eius cura est, potare aquam ordei sæpe, & ingredi balneum aquæ tepidæ: deinde post illud bibere syrupum rosarum & buglossarum tota die, & prouocare somnum, & odorare nenuphar, & rosas, & myrtū, et cibari cum cibo facto cū sumach, uel berberis, & emplastrare uentrem & stomachum, cum pulpis citoniorū. Et eius bezoar est herba, quæ uocatur ribes, et eius succus.

De apio risus. Caput XXVIII.

ILle, cui datū fuerit in potu apiū risus, facit hominem extra mentem, et continue ridet. Propter hoc uocatur apiū risus. Et eius cura est prouocare somnum, cum potu boni uini inebriantis. Et eius bezoar est succus melissæ cū aceto datus in potu.

De succo cheruæ. Caput. XXIX.

ILle, cui succus cheruæ datus fuerit in potu, patietur uomitum cōtinuum, et

dolorem uentris. Et eius cura erit theriaca magna, data in potu drach. ij. cum uino optimo calido, Et eius bezoar ē hypericō.

De succo napelli. Caput XXX.

ILle, cui succus napelli, siue eius fructus siue eius substātia data fuerit, in spatio unius diei aut trium moritur: et patitur ante hoc syncopim, et defectum cordis, et denigrationem, et defuscationem paulatim omnium membrorum, et deinde tumet totū corpus, et oculi eius foras prominent, et linguam in ore continere non potest. Succurratur ergo instanti dando terram sigillatā, distemperatā cum butyro et aqua, et euomat, et statim exhibeatur smaragdus optima trita drach. ij. cū uino, & super cor ponatur sericū tinctū in grana infusum in succo buglossæ et aq̄ rosata, et reiteretur, et deinde serui sugāt cum ore extremitates corpis, sed ipsi morientur, nisi acceperint de smaragdo. Et eius bezoar est muscus, qui nascit̄ in radice napelli: exiccatur, et datur ex eo in potu, drach. duas.

De succo oleandri. Caput XXXI.

ILle, cui succus oleandri, et eius cornua uel ei⁹ cortex data fuerit in potu, patietur syncopim, et tribulationem cordis, et anxietatem. Et eius cura est, sumere diacastoreum datum in potu drach. ij. Et eius bezoar est, granũ iuniperi, tritum in quãtitate drachmarum duarum cum uino.

De succo mezereon. Cap. XXXII.

ILle, cui succus mezereon datus fuerit in potu, patietur fluxum uentris, & fitim, & anxietatem, & excoriationem intestinorum. Et eius cura erit syrupus rosatus, cũ aqua ordei, & odorare fructus frigidos, & odoriferos. Et eius bezoar est organum assatum & bibitum. Origanũ.

De succo hellebori. Cap. XXXIII.

ILle, cui succus hellebori dat⁹ fuerit, aut radix eius, patietur strangulationẽ gutturis, & præfocationem, & fortassis suffocatur subito: & ideo uocatur strãgulator carnis. Et eius cura est sumere in potu statim aquam mellis, & quiescere in loco se-

parato, & deinde detur bezoar eius, quod est flos nenupharis siccus & tritus, dra. ij.

De alphesira. Caput XXXIIII.

ILle, cui alphesira data fuerit, patietur excoriationem uentris, & uomitum. Eius cura erit, dare in potu aquã mellis, deinde tribuere citonium assatũ. Et eius bezoar erit anagallis.

De succo Bryoniæ. Caput XXXV.

ILle, cui succus bryoniæ datus fuerit, patietur scotomiã, & stoliditatem, & angustiã spiritus. Et eius cura erit theriaca drachmarũ. ij. cum uino decoctionis enulæ. Et eius bezoar est piper.

De cornibus spicæ. Caput XXXVI.

ILle, cui cornua spicæ data fuerint, patietur torsionem uentris, & nauseam. Et eius cura est theriacæ drachmæ duæ cum decoctione uini, in quo dictamnus sit bullitus.

De cornuis oleandri. Cap. XXXVII.

ILle cui data fuerint cornua oleãdri, aut qui comederit assaturã in ueru exciso,

ex oleãdro: aut qui dormierit sub umbra oleandri, aut qui biberit aquam fluminis, sub cuius ripis crescit oleander, cuius copia est in insula Sardiniæ, & ego expertus sum illud & uidi, patietur æstuationem, & amentiam, & rugitum uentris, & si balneum fuerit calefactum ex oleandro, balneatus syncopim patietur in balneo. Et eius cura, & bezoar, dicta sunt supra in capitulo de succo oleandri.

De cornibus beduguar. Cap. XXXVIII.

ILle, cui in potu data fuerint cornua beduguar, patietur difficultatem trãsglutiendi. Et eius cura est, bibere oleum de amygdalis dulcib⁹. Et ipsius bezoar sunt mora celsi.

De anacardis. Caput XXXIX.

ILle, qui assumpserit anacardos, patietur incensionem in gutture uehementem, & quandoq; inflabitur, & acutam faciet ægritudinẽ, & mentis alienationem. Et eius cura est, cum rebus unctuosis, sicut oleo amygdalino, sisamino, & butyro, & lacte, & iuribus gallinarũ: & si dolorem

habebit in inteſtinis, tunc conueniens eſt balneum, & ſi inducunt febrem acutam, tunc eſt conueniens uti attenuante dieta, & frigida, & humida. Et ſi fuerit mentis alienatio, prouocetur ſomnus cum ſemine lactucæ, & papauere albo. Et eius bezoar ſunt grana pini torrefacta & cõeſta.

De nucibus & auellanis. Caput XL.

ILle qui comederit nuces aut auellanas rancidas, patietur accidentia mala, ſcilicet nauſeam & deiectionem appetitus, & uomitum, & debilitatẽ uirtutum animalium. Et eius cura erit rob citoniorũ, & rob pomorum. Et ſi acciderit ei eructatio, habens odorem lini putrefacti, tunc poſſet mori, & eius cura erit diaciminũ, uel diapericon, & detur ei in potu uinum purum, & fomentetur ſtomachus cum oleo nardino.

De malo caſtoreo. Caput. XLI.

ILle, cui in potu datũ fuerit malum caſtoreum, patietur clamorẽ, & rixam, & dolorẽ, & linguam habebit foris prominentem, & febrem, Et eius cura erit uo

mitus cum butyro, & aqua mellis: donec uomitus minime habeat odorē castorei. deinde detur in potu rob mororum, aut limonum. Et eius bezoar sunt semina coriandri assata & trita, drach. ij.

De malis fungis. Caput XLII.

ILle, qui cōederit malos fungos: & præcipue, qui nati fuerint super ferro, aut sup anabulla, uel malo terræ, uel in locis thermarum, suffocabitur, & dolorem patietur in pectine, & prohibebit ei urina, & dolores habebit in uentre. Et si odorauerit malum fungum, & tubera mala, patietur epilepsiam, & fortassis morietur. Et ante illud erit ei propinandum uinum optimum, in quo piper nigrum sit bullitum. Et deinde clysterizare ipsum cum aqua mellis, & sale, & fomentare femur cum oleo nardino. Et eius bezoar, quādo decoquūtur fungi, aut comeduntur, sunt pira incisa in frusta, & simul decocta. Et bezoar post comestionem ipsorum est alsinm crudum.

De nuce uomica. Cap. XLIII.

Ille, qui nucem uomicam biberit, uel comederit, habebit uomitũ pessimum, & dissolutionem uirtutis. Et eius cura est rob citoniorum, & myrtillorum et potus albi uini. Et eius bezoar est cortex citri.

De coloquintida. Caput XLIIII.

Colocyn thidem.

Ille, qui coloquintidam solitarie natã, in arbore sua, comederit, uenenum letale sumpsit. Et nisi succurratur ei, subito morietur in tertio die. Cuius cura et bezo ar simul et semel, erũt smaragdus optime trita, data in potu, drach. ij.

De fico Pharaonis. Caput XLV.

Febris prouocata ex comestiõe ficuum.

Ille, qui comederit ficus Pharaonis, statim patietur febrem, et fractionem totius corporis, et uidebitur ei, ꝙ sit hydropicus. Et hoc ego uidi in Sardinia in ducatu Galuriæ, ubi istarum ficuũ est abundantia, ꝙ q unam comedebat, patiebatur unam febrẽ: & q duas, duas: & q tres, patiebatur trinã febrim, et ut plurimũ, istæ febres erãt tertianæ. Et cura eius est aqua ordei parata, aut serum caprinũ. Et eius bezoar sunt grana, siue semina cucumeris

mundata, et trita, et data in potu. drach. ij.

De semine lusquiami. Cap. XLVI. hyosciami

ILle, cui in potu data fuerit semina iusquiami, patietur ebrietatem, et mentis alienationem, et stuporem, et immobilitatem omnium membrorum. Et eius cura est, piper longum tritum, et datum in potu, drachmæ duæ. Et ei⁹ bezoar sunt grana phisticorum comesta uel bibita.

De granis cocognidij. Cap. XLVII.

ILle cui in potu data fuerit grana cocognidij, patietur uomitũ, et fluxum uentris, et tribulationẽ in stomacho. Et eius cura est theriaca magna drach. ij. cum uino. Et bezoar eius amygdalæ amaræ.

De baccis lauri rancidis. Cap. XLVIII.

ILle, qui comederit baccas laurinas rancidas, patietur accidentia, quæ patitur, qui cõederit nuces rancidas, Et cura eius, et bezoar erunt similia.

De cataputia. Caput XLIX.

ILle, qui comederit cataputias, patietur accidentia, quæ patitur qui biberit gyrasolem, quæ superius dicta est chensa. Et Catapotia ex tithymalorum specieb⁹ &c.

cura eius, et bezoar sunt eadem.

De semine urticæ. Caput L.

ILle, qui comederit semen urticæ, patietur gutturis, et oris, et linguæ excoriationem, et arsuram, et ardorem in mictu. Et eius cura est, oleum amygdalinū dulce potare. Et eius bezoar sunt grana citoniorum trita, et potata cum aqua calida.

De semine papaueris nigri. Caput LI.

ILle, qui biberit uel comederit semina papaueris nigri, patietẽ accidentia, quæ patitur, q opium sumpserit, licet remissiora. Et cura et bezoar idem sunt,

De semine hellebori. Caput LII.

ILle, qui biberit uel comederit semē hellebori, patietur accidentia, quæ patietẽ, qui succum aut radicē hellebori biberit. Et cura et bezoar est una.

De semine cicutæ. Caput LIII.

ILle, qui biberit semen cicutæ, patietur accidentia illa, quæ passus fuit, qui succum ei⁹ biberit, et licet magis remissa. Et cura et bezoar sunt eadem.

De semine humidi coriandri. Cap. LIIII.

ILle qui biberit uel cõederit semina humidi coriandri, patietur accidentia similia, quæ patitur, qui succum eius biberit. Et eius cura, et bezoar sunt eadem.

De semine serpentariæ. Caput LV.

ILle, qui comederit semen serpentariæ, patietur stridorem, et punctionẽ gutturis, et dentium, et superæstuationem et feruorẽ. Et eius cura est, butyrum recens bibitum. Et eius bezoar est succus farinæ ordei, decoctæ in aqua.

De morsibus aut puncturis ab aliquibus animalibus uenenosis.

Cap. LVI.

SI uero aliquis morsus fuerit, aut pũctus ab aliquo animali uenenoso, et ignoretur, cuius sit punctura, tũc stringatur locus puncturæ, et ponãtur sup ipm uentosæ cum scarificatione, et sugatur locus cum ore seruorũ, et deinde super locum ponantur cancri triti, q si locus ueni re cœperit ad corruptionẽ, abscindatur membrum, si fuerit locus aptus, aut membrum aptum abscisioni, quod si non cau- Venena et punctura & morsi onea nimalium.

Signa & cõiecturę, quib⁹ deprehendimus morsus esse tales.

terizetur. Nam quãdo inceperit locus denigrari aut putrefieri: erit signum, quod punctura fuerit animalis pernitiosi: dum autem non inceperit tendere ad putrefactionem, et corruptionem: quãuis sit uehementis doloris, cum nondum sit ei uelox perãbulatio in corpore. Non est malum, nisi punctura fuerit iuxta cor aut arteriam maguam.

De morsu uiperæ. Caput LVII.

ILle uero quē momordit uipera: summa medicinarum et bezoar est ei theriaca magna, et fortassis cõfert mithridatũ, et medicamen de asa fœtida, et butyrũ uetus: et medicamen de cherua et cõestio alliorum, et potus uini puri,

De morsu scorpionis. Caput LVIII.

MOrdicationi aũt scorpionum, confert uaporatio olei, et alliorum, et theriaca diatesseron, et oleum antiquum linitum. Et eius bezoar est corpus scorpionis tritum, et superpositum loco.

De morsu aranearum. Cap. LIX.

MOrdicationi aranearũ confert succens pomorum, aut pyrorum, aut oppositio ferri frigidi iterati. Et eius bezoar est endiuia.

De morsu rutelæ. Caput LX.

MOrdicationi autem rutelæ, cõfert balneum calidum ualde, et sepeliri in arena, aut cinere calido, et bibere puluerem de nigella.

De morsu apum. Caput LXI.

MOrdicationi autem apum, et puncturæ, cõfert epithyma cum boloarmeno, et aceto, et camphora, et q manus suas et faciem, succo maluæ abluerit, non pungetur ab apibus.

De mordicatione animalium. Cap. LXII.

SI autem mordentia animalia, aculeos aut dentes in locis morsis dimiserint: tunc oportet, ut locus fricetur cum oleo, et cinere suauiter, et deinde fiat emplastrũ super locum ex fermento, cum oleo: et sic aculei uel dentes uenenosi educentur.

De morſu canis. Caput. LXIII.

SI autem aliquis morſus fuerit à cane, et dnbitetur, utrum fuerit rabioſus uel nõ, fricetur buccella panis ſub loco morſuræ, et deinde illũ exhibeat aliĳs canib9, quē ſi renuerint, rabioſus erit: ſi uero comederint, minime. Signa autē, ꝙ ſit rabioſus ꝑter hoc ſunt, ꝙ canis linguam ſuá proĳciat extra, & intromittat caudam ſuam inter coxas ſuas, & raucam habet uocē, & ꝙ abhorreat canes ſanos & uiros, & ꝙ mordeat dominos dom9 ſuæ, & omnes qui ei obuiant, & fugiant ab ipſo canes. Et qui morſus eſt, niſi præcaueat, & curet infra xl. dies, efficietur hydroforbicus, i. tenens aquã. Quod eſt, qa propter rabiē efficitur ſiticuloſus, & appetit aquam, & cum uiderit eam, imaginabitur canes eſſe in aqua, & moriens ſiti, præ timore immaniũ canum fugiet aquã, & tunc non eſt ſpes ſalutis. Et cum procedit in ægritudine, efficit & ipſe rabidus, & emittit ſperma in pollutiōe ſua, in modum catulorum, & quandoq; egerit flegma, in modum catulorũ. Quod eſt, quia

Signa q̃bus depꝛehendim9 canes eſſe rabioſos.

Aliud ſignum.

ydrophobia qualis ſit moꝛb9.

imaginatio cõtinua, quam habet de cane, sigillat in humiditatibus suis figuram canum. Et scias, quod si equus, & mulus, & asini, & simia, & homo patiuntur rabiem, circa maximum frig⁹, aut circa maximũ calorem. Quod eius cura est, ut super locum morsus ponantur uentosæ cum scarificatione, & ponantur desup allium siue cepe tritũ, & confectum cum butyro uaccino, & sumat in potu electuarium cãcrorum fluuialium, & intret balneum omnĩ die, & laboret in cura ethicorum, & melancholicorum, & balneetur ante xl. dies in aqua maris. Et eius bezoar sunt cancri fluuiales adusti & pulverizati, & dati ex eis drach. iij. in potu oĩbus tribus diebus.

De Cantharidibus. Caput LXIIII.

SI autem cantharides quis biberit, patietur mictum sanguinis, & æstuationẽ, & accidentia pernitiosa. Et eius cura est, ut sumat in potu lac ouium cum oleo amygdalino, deinde curẽtur hulcera uesicæ. Et eius bezoar erunt grana alkekengi numero decem.

De lacte. Caput LXV.

SI autem quis lac biberit, fueritq́; coagulatum in stomacho, patietur stomachi mollificationem, & nauseam, & sudabit sudore frigido. Et eius cura erit, bibere acetum fortissimum, postea sumat de asa fœtida, drac. j. aut syrupo acetoso unciam unam, uice una post uicem.

De assatura suffocata. Caput LXVI.

SI autem quis comederit assaturã suffocatam, quæ inuoluitur in pannis, cum extrahitur ex furno, patietur uertiginem similem epilepsiæ. Et eius cura est, ut euomat & postea sumat in potu rob fructuũ stipticorum, & saccarum rosatum, cum drac. j. aloes, & mastiche, quærat somnũ, & ingrediatur balneum.

De piscibus frigidis. Caput LXVII.

SI autẽ quis comederit pisces frigidos, quibus post eius captionem aduenerit una dies, aut duo: aut si quis carnes pridie uel ante tertiam uel quartam diem occisas aut morticinas, aut percussas à fulgure, & tempestate mortuas, aut morbo pe

stilentiali peremptas: accidit, ꝙ superuenit ex comestione malorum fungorum. Et cura eorum est, ut euomat, et sumat in potu uinum purum cum pipere, et curetur cura fungorũ, præter, quod non comedat, pyra.

De cerebro Cattæ. Caput LXVIII.

ILle, cui in potu datũ fuerit cerebrum catti, patietur stoliditatem & præstigiare uidebitur. Et eius cura est, terra sigillata, et uomitus cum ipsa, omni mẽse bis, et accipere de cõfectione diamusci omni die summo mane. Et eius bezoar est muscus tritus scrupulũ semis, et datur in potu cum uino albo.

De extremitate caudæ cerui. Cap. LXIX.

ILle, cui extremitas caudæ cerui data fuerit, patietur accidentia napelli. Et eius cura est potio smaragdi, scrupulũ semis triti datũ in potu cum uino, et deinde fricatio totius corporis, cũ oleo facto de semine citri. Et eius bezoar est theriaca magna drach. ij.

De sanguine bouino, Caput LXX.

Lle, cui ĩ potu dat⁹ fuerit sanguis boui nus uetus, patietur mortificationẽ, & euomat uomitum coagulatum. Et eius cura est acetum acerrimum calidum, deinde uomitus, deinde theriaca, deinde balneum aquæ calidæ.

De sanguine bufonis. Cap. LXXI.

Lle, cui in potu dat⁹ fuerit sanguis bufonis, patietur difficultatem anhelitus, & cordiacæ accidentia, & si quis sputum ipsius sumpserit, erit prope mortem, sicut qui napellum biberit. Et eius cura est, potio smaragdi scrup. j. deĩde intrare corpus animalis quadrupedis magni, ut est bos, asinus, uel mulus, uel equus, & reiterare illud, deinde theriacæ, drach. ij. bibere. Et eius bezoar est lapis inuentus in capite bufonis, qui apud lapidarios uocatur borras, uulgariter trepanide.

De sanguine hominis cholerici rufi. Caput LXXII.

Lle, cui in potu datus fuerit sanguis hominis cholerici rufi, extractus in tempore rixæ suæ, aut furoris, patietur furo-

tes mentis, & permixtionem intellectus, & inuerecundiam, deinde paulatim exic cabitur. Et eius cura est bibere aquam cu cumeris palæstini, & masticare grana ipsi us, & deglutire succum, & potare syrupum nenupharinum. Et eius bezoar est trociscus unus de thiro.

De sanguine menstruo aut leprosi.

Caput LXXIII.

ILle, qui sanguinem menstruum, aut leprosi biberit, uidebitur esse præstigiatus, & lunaticus, maleficiatus, & obliuiosus. Et eius cura ē, potare margaritas tritas, drach. j. cum aqua mellissæ, & balneari in aqua tepida, & coire cum puella secundum legem, & conuersari, & amplexari cum puellis, & iuuenculis. Et eius bezoar est comedere serpētes, a quibus caudæ, & capita per palmum sunt abscisa.

De morsu hominis ieiuni.

Caput LXXIIII.

ILle, qui morsus fuerit ab homine ieiuno, ponat super morsuram stercus gallinæ, alioquin patiet hulcus uenenosum,

& difficilis sanationis.

De morsu serpentis ulmo. Caput LXXV.

ILle, qui fuerit morsus a serpente ulmo, statim liget locum cum coreo cerui, & deinde superponat theriacam, & de ipsa bibat, & circa cor apponatur smaragdus, & corallum, & margaritæ: Et locũ morsuræ faciat sugi à seruo.

De felle Leopardi. Caput LXXVI.

ILle, cui in potu datũ fuerit fel leopardi, patietur accidentia napelli, & uiperæ. Et eius cura, & bezoar sunt una.

De Salamandra. Caput LXXVII.

ILle, qui biberit Salamandram, patietur accidẽtia cantharidarum. Et cura eius & bezoar est una.

De lepore marino, aut rana marina. Caput LXXVIII.

ILle, cui lepus marinus, aut rana marina data fuerit in potu, habebit uomitum unctuosum, & totum eius corp⁹ efficitur

turgidum, & inflatum, ficut hypofarca, & fœtebit eius anhelitus. Et eius cura eſt, feſtinus uomitus, cū butyro, & aqua mellis, & deinde ſumere poſt illud theriacam dyateſſeron per tres dies, & cibari carnibus paſſerum, & potare bonum uinum. Et eius bezoar eſt caro uulpis aſſata & cōcta.

De morſu muris, ſimiæ & cattæ. Capuт LXXIX.

QVi uero à mure, & ſimia, & catta morſus fuerit: ſuper morſuram ponat ſterc⁹ gallinæ, & curet illud, ut in morſu hominis ieiuni dictum eſt.

Deſcriptio bezoarticæ uirtutis ad unumquodq; uenenum, & de duabus difficilibus quæſtionibus. Caput LXXX.

BEzoar antonomaſice dicit̃ de quodam lapide, q̃ ſic uocatur, cuius propria & ſpecifica uirtus ad letale uenenum eſt, liberans à morte ſubito, abſq; ullo medici ingenio. Et ideo de omni medicina, qua liberare poteſt à morte hominem, ab

aliqua ægritudine, uel ueneno: dici potest, ꝙ sit bezoar illius morbi: siue sit illa medicina lapis, uel granum, uel succus, uel aliqua composita medicina. Et qui illum lapidem habet, tutus est ab omi mortali ueneno. Teritur etiam, & datur in potu de ipso drach. j. Et per ipsum dicunt fuisse liberatum regem Angliæ dominū Eduardum in ciuitate Aron, quando uulneratus fuit per Passiasynum Soldani gladio toxicato. Hunc autem lapidem ei tribuit generalis præceptor templi, & ego consimilem uidi. Est autem rubeus, purulentus, leuis ut spongia, & frangibilis, ut gypsum. Habet autem quodlibet uenenum, tam minerale, quā uegetabile & animale, propriam medicinam oppositā ei, à qua oppositione uirtute specifica fit liberatio mortis ab illo ueneno. Et ideo bezoar est unicuique ueneno illa medicina, quæ absq; uirtute elementari curat tale uenenum. Et de quolibet bezoar, iā supra expediui tractatum, in cura cuiuslibet ueneni, in fine descriptionis, ne sit amplius necesse recapitulare tractatum.

Bezoardica medicina vnde dicatur.

Historia e rege Anglico per Bezoar lapidē a veneno liberato.

Bezoardicus lapis qualis.

De quæstione utrum theriaca &c.
Caput LXXXI.

EST autẽ quæstio, utrum theriaca magna sit bezoar, i. à forma specifica, liberans à ueneno, an materiæ elemẽtaris, liberans à complexione, non à forma. Et uoluerunt quidam dicere, ꝙ omnino erat bezoar, fundantes se super ratione Galeni, qui cũ Andromachum philosophum respexisset, qui primo theriacam inuenit, & eam probauit nunquam prodesse, nisi in morbis frigidis, propter oppositionẽ multarum rerum calidarum, & in morbis calidis propter oppositionem multarum medicinarum frigidarũ, quæ in ipsa intrant. Et hoc dixit Galenus, illam theriacam Andromachi esse mediam complexione, sed ipse adiungens carnes thirorũ, & terram sigillatam, fecit eam ualere formaliter ad omne uenenum, licet ad quædam plus, & ad quædã minus, & ad quædam singulariter data, & ad quædam cũ additione. Alij uero dixerunt, ꝙ à complexione elementali agebat, quæcunqꝫ in

corpore humano operatur, fundantes se super debilitatem operationis suæ, aut penitus uanitate, quando ipsa datur contra napellum, uel contra uiperam, uel contra fel leopardi, & breuiter contra quodlibet uenenum letale secundum specificam formam. In quibus parum aut nihil uidetur conferre, ut dixit Rasis. Solutio autem huius dubitationis est, quod curatio cuiuslibet ueneni quatuor modis contingit, scilicet quia aut frangitur acumen ueneni, aut substantia eius resoluitur, aut ipsum expellitur, aut ipsum per oppositionem specificam corrumpitur, & ab eo eius uirtus prorsus aufertur. Exemplum primi, est opium, quod frangit euforbium: & castoreum, quod frangit opium. Exemplum secundi, est terra sigillata, & allium, quæ substantiam ueneni, aut per uomitum, aut per sudorem resoluũt. Exemplum tertij, est smaragdus, quæ uenenum fugat, & attrahit, usq; in extremitates membrorũ. Exemplnm quarti, est forma specifica opposita ueneno, quæ in naturalib⁹ inuenitur, ut in lapide bezoar,

Curatio cuiuslibet ueneni q̃tuor modis contingit.

& in artificialibus, ut in diuina & nobili compositione theriacæ: & permixtione omnium singularium medicinarũ, simul confectarum resultatione. Et quia in theriaca est uirtus complexionalis, multarũ medicinarum, uenenũ frangentium, ideo bene dictum est, quod theriaca est medicina complexionalis ad uenena: & ex positione tali resultat res diuina, quæ potius est ab extra, quàm ab intus, scilicet forma artificialis, quæ omni ueneno opponitur: & ideo bene dictum ē, quod ipsa bezoar est omnibus uenenis: licet magis, & minus. Et licet quædã sunt, magis bezoar ad quædam uenena, quàm ipsa: Verum ipsa est ad omnia. Et ideo mater omnium medicinarum, à medicis est apellata. Theriaca mater omniũ medicinarũ

De lapide Begaar ex Pandectis

LApis Begaar, Latine, lapis liberans à uenenis, Arabice Hager. Begaar est nomen Persicum, & est expellens nocumentum, & hoc nomẽ cadit in uim, et est, ꝙ cadit super omnem medicinam conuenientem alicui ueneno, eo ꝙ resistat

uirtuti eius, & expellit nocumentũ eius propter proprietatẽ, quæ est in eo, & secundum ꝙ cadit super lapidem notũ, qui conuenit omnibus uenenis calidis & frigidis, cum tota sua substantia & resistit ei bibitus, aut suspensus super patientem.

Colores Bezoar lapidis.

Colores lapidis Begaar sunt multi. Nam ex eo est citrinus, uelut purulentus, & machaici. Et ille, q pticipat uiriditati, & ille qui albedini. Melior uero omnib⁹ est citrinus, & plus purulentus. Et in hoc differt Exceraften cum Begaar, & expositio eius est contra uenenum, & minera est in terra Sui & Indiæ, & in terris orientis, & multi lapides assĩmilãtur ei, qui nõ habent suam proprietatem nec approximant ei & in operationib⁹ aliqbus, & quidam est, qui dicitur cohebori, & marina, & ẽ lapis, in quo nõ unus, sed multi errãt, in alio, q dicitur chimdes, & est lapis multæ bonitatis, mollis tactu mollitiæ sine superfluitate. Et idem autoritate Rasis Begaar est lapis citrinus mollis, non habens

Uirtus & operatio lapidis bezoar.

saporem. Vnde & lapis est uergens ad citrinitatem & albedinem, habẽs colorem

uini,& est splendens, sicut lumen, & est le uis. Posse Serapio lapis Begaar conuenit uenenis, & quando bibitur ex eo pondus ij. granorum hordei, aut linimentum fiat cum eo supra morsus, liberat à morte, & expellit uenenum per sudorem, & quando ponitur lapis in annulo, & ponitur in ore illius, qui sumpsit uenenum, & sugit eum aliquantulum, conuenit ei. Et quando tangitur cum illo lapide aculeus scorpionis, prohibet ab eo potentiã pungendi. Et si teritur ex eo pondus duorum granorũ hordei, & dissoluatur in aqua, & ponatur in ore serpentis, suffocat ipsum statim, & occidit. Et ego uidi in ipso sufficientiam, ad auferendum nocumentum, & erat lapis ille, quem uidi, uergens ad citrinitatem & albedinem, habens colorem uini, & cũ hoc erat leuis, splendens sicut lumen. Etiam uidi in eodem, sufficientiam illam, quam nõ uidi in alia medicina simplici. Imo ꝙ etiam non uidi theriacis cõpositis. Vnde lapis iste Begaar conuenit ueneno scorpionis, & idẽ autoritate Rasis lapis Begaar conuenit ueneno scorpio

nis, quando portatur in annulo, & sculpetur in eo imago scorpionis, signo sagitario ascendente, deinde sigilla cũ eo olibanum luna existente in scorpione, quod tritum exhibe patienti ad potandum, & euadet ab dalla anarach.i. à ueneno. Vidi lapidem Begaar amari à custoditore legis dei, & est uerum, quia ipse emit hunc lapidem, & dedit in pretium huius palatium Cornubæ in principio guerræ.

FINIVNT PETRI DE *Abano remedia uenenorum.*

De uenenis ex Q. Sereno Samonico.

De uenenis prohibendis.

VT tutus fias infestæ fraude nouercæ,
Vel quicunq; tuo carpetur liuidus auctu,
Non expectatis eat obuia cura uenenis,
Ante cibos igitur iuglandis fœtus edatur,
Produnt electri uariantia pocula uirus.
Præterea coctæ querno cum corticæ lymphæ.
Conueniunt potu. dimersa ue ficus oliuo.
Sæpe etiam raphanum prædixit numen edendum,
Antidotus uero multis mithrydatica fertur
Consociata modis, sed Magnus scrinia regis
Cum raperet uictor, uilem deprendit in illis
Synthesin, & uulgata satis medicamina risit.
Bis denum rutæ folium, salis & breue granum,
Iuglandesq; duas terno cum corpore ficus,
Hæc oriente die parco conspersa lyæo,
sumebat metuens, dederat quod pocula matri

Huius Antidoti & eius compositionis meminit Pli. lib 32. c. 8.

De uenenis datis.

SI nequit infandum præuertere cautio uirus,
Proximus ille gradus data pocula pellere curâ.
Lac asinæ placidæq; bouis prodesse loquuntur.

Betonicam ex paruo ſumunt pleriq; lyæo.
Quod ſi hederæ ſuccos (quæ truncos implicat altos)
Inſtilles paruis, poterunt haud ulla nocere
Pocula, quæ quiſquam ſæuis uitiauerit herbis.
Si quis hyoſcyamum guſtarit, lacte capellæ
Exhauſto, rabidos poterit mulcere furores.

Ab homine uel a ſimia morſis.

SIue homo ſeu ſimilis turpiſſima beſtia nobis
Vulnera dente dedit, uirus ſimul intulit atrum,
Betonicam ex puro prodeſt aſſumere Baccho.
Necnon & raphani cortex decocta medetur,
Si trita admorſis fuerit circumlita membris.

Serpentium morſibus, & uenenis pellendis.

CVſpide non quiſq̃ longe neq; cæde lariſſæ
Fulmine non gladij, uolucris nec felle ſagittæ,
Quam cito uipereo potis eſt affligier ictu
Quare aptam dicamus opem, ſuccosq; medentes,
Cui nocuit ſerpens fertur, caput illius apte
Vulneribus iungi ſanat quæ ſauciat ipſa.
Vt lariſſea curatus Telephus haſta.
Proderit & caulem cum uino haurire ſabuci,

Aut coctum raphani librum tritumq; ligare
Siue etiam excelsa folium de mole cupreßi,
Mandabit lacteus caprifici succus opellam
Aut Tithymallus atrox uulnus contrita perungit.
Carduus est nondum doctis fullonibus aptus,
Ex illo radix tepido potatur in amni.
Ceruino ex fœtu commista coagula uino
Sumuntur quæ res membris agit atra uenena.
Aut ferulæ radix potatur in hymbre lyæi
Betonicæ ue leues, gallinæ aut iura uetustæ,
Si uero horrendum uulnus fera iecerit aspis
Vrinam credunt propriam conducere potu.
(Varronis fuit ista senis sententia) nec non
(Plinius ut memorat) sumpti iuuat hymber aceti. lib.28.c.6.
Dicendum, & quæ sit præcox medicina timenti,
Cautio nanq; potest diros præuertere morsus,
Si iecur exectum tardo de uulture portes,
Erucis uel si totos perduxeris artus,
Quas prius attritas uehementi spargis aceto.
Aut tu ceruina per noctem in pelle quiescis,
Aut genere ex ipso dentem portabis amicum.
Toxica præterea qua sint pellenda medela,

Expediam, ſanguis poterit prodeſſe caninus
Qui facili potu antidotos imitatur honeſtas.
Vis & mirificos cautus prædiſcere odores,
Accenſis quibus arcetur teterrima ſerpens,
Aut ſtyracem torres, aut duri uulturis alam,
Vel nepetam, aut frondem rigidæ ſtirpemq́; myricæ,

Ictibus ſcorpii, & morſibus muris cæci, ſiue aranci.

SVnt minimæ ſpecies, ſed diræ uulnera peſtis,
Quæ magis in tenui latitantes corpore fallunt.
Scorpius & grauis eſt & araneus, hæc mala ſemper
Captant ſecuros multa iam nocte ſopores,
Et documenta dedit nobis proſtratus Orion,
Magna quod exiguis perimantur membra uenenis.
Et quum uulnus atrox incuſſit ſcorpius ardens,
Continuo capitur tunc digna cæde retuſus,
Vulneribusq́; aptus fertur reuocare uenenum.
Aut calidis pelagi lymphis loca læſa fouentur,
Siue meri potu diſſoluitur improba peſtis.
Ad cunctos autem morſus ictusq́; minorum
Caſeus aptus erit pauidæ de lacte capellæ,
Cunq́; hoc aſſumi debebit origanus herba.

EX Q. SERENO.

Hæc duo mirificis curabunt icta medelis.
Necnon peniculo calidum annectetur anethum,
Aut uiuum ſulphur ſicca cum fece lyæi
Exiguo piperis cerebrum conſpergito galli,
Quo lita ſaneſcunt depulſo membra dolore.
Sin autem muris nocuit uiolentia cæci,
Quæ ſola ſignauit uoluendis orbita plauſtris,
Illinc, mira datur uili de puluere cura.

FINIS.